




# Boletín Oficial

DEL

## Obispado de Osma



Año LXIV. 3 DE NOVIEMBRE DE 1923. Núm. ~~XVI~~

XIX  
~~XVIII~~

### Regreso del Ilmo. Prelado

El día 21 del mes de Octubre, próximo pasado, regresó a la Capital diocesana nuestro amadísimo Sr. Obispo, después de un mes de ausencia empleado en practicar la Santa Pastoral Visita en los Arciprestazgos de Torlengua, Reznos, Hinojosa del Campo, Almajano, Almarza y parte del de Soria, únicos que no habían tenido aún la dicha de recibir en sus pueblos las bendiciones de su Pastor celosísimo y amantísimo Padre.

Haga el Señor que fructifique abundante la semilla evangélica que con mano pródiga ha derramado en todos los pueblos de la Diócesis el celo incansable de nuestro Ilmo. y Rvmo. Prelado.



SACRA CONGREGATIO  
DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

II

REGULAE SERVANDAE

*In processibus super matrimonio rato et non consummato*

(Continuación).

42. Interrogationes proponendae dividuntur in *generales* et *particulares*: priores ordinantur ad exquirendum de generalibus personae adiunctis, hoc est de nomine, cognomine, origine, aetate, religione, conditione, domicilio et necessitudine cum partibus in causa; hae semper et omnibus indistincte sunt deferendae, nisi iudex existimet unam vel alteram esse in casu particulari omittendam. Posteriores ordinantur ad veritatem eruendam circa factum inconsummationis et causas dispensandi. Praeterea a teste semper exquirenda est scientiae causa, nempe unde, quando et quomodo ea quae asserit, habeat cognita (Can. 1774).

43. § 1. Interrogationes sint breves, non suggestivae, non plura complectentes, pertinentes ad causam de qua agitur, testis intelligentiae accommodatae et vulgari sermone expressae (Can. 1775).

§ 2. Partes et testes et periti oretenus responsiones reddant. Ne praemoneantur de interrogationibus faciendis, nec eis permittatur depositionem legere nisi in aliquo casu particulari iudex opportunum censeat sinere ut pars interrogata aliquod grave documentum legat, quod eius dicta comprobare vel eius dicta comprobare vel eius memoriam adjuvare valeat (Can. 1776-1777).

44 § 1. Partis, testis et periti responsio ex conti-

menti redigenda est scripto ab actuario, non solum quod ad substantiam spectat, sed etiam quod attinet ad editi testimonii verba (Can. 1778).

§ 2. Si verba referri non possunt, vel quia nimis praecipitanter prolata, vel quia impropria et inter se non logice connexa, iudex dictabit responsionem in actis redigendam.

§ 3. Actuarius interrogationes iam in scriptis exaratas non referet; sed responsiones ex ordine designabit eodem numero quo notantur relativa interrogatoria; interrogationes vero *ex officio* additas ad verbum referet.

45. Actuarius in actis accurate singulis vicibus adnotet iurisiurandi praestationem, et generaliter omnia memoria digna, quae forte acciderint cum examina explentur (Can. 1779).

46. Parti et testi et perito antequam ab auditorio discedant, debent legi quae actuarius de iis quae viva voce quisque testatus est, scripto redegit, data eidem parti et testi et perito facultate addendi, supprimendi corrigendi, variandi. Cum autem is responderit se nihil amplius habere quod dicat aut mutet, iterum iurandum de veritate dictorum et de secreto servando emittat (cf. in Appendice, n. XX). et deinde depositioni subscribere iubeatur, et post eum subscribant iudex, defensor vinculi et actuarius (Can. 1780, §§ 1-2).

47. § 1. Pars oratrix aut conventa poterit iterum ad examen vocari vel ad instantiam partis aut defensoris vinculi, vel *ex officio* a iudice, audito vinculi defensore; et partes etiam poterunt inter se *conferri* (valgo *confrontare*), si expediat et omne rixae aut scandali sit remotum periculum.

§ 2. Item testes et periti poterunt, partibus aut defensore vinculi id postulantibus, vel id statuente iudice *ex officio*, et audito vinculi defensore, denuo ad examen vocari, et circa iam attestata, vel circa nova fac-

ta vel quaestiones ex processu emergentes, interrogari (Can. 1772, §§ 2-3).

§ 3. Quoties id expostuletur a partibus, iudicis est suo decreto, auditu vinculi defensore, eiusmodi postulationem reiicere vel admittere, cauto, si admittat, quod potissimum omnis collusionis aut corruptelae periculum absit (Can. 1781).

§ 4. Cum pars vel testis vel peritus novo examini submittitur, eadem serventur, congrua congruis referendo, quae de partium et testium examine infra edicuntur n. 68, § 2, et 69.

48. In conficiendis actis, seu in relatione scriptis redacta de iis quae fiunt aut decernuntur in sessionibus tribunalis, lingua latina adhibeatur; citationes vero, iusiurandum a partibus testibus et peritis praestandum, interrogationes et responsiones, nec non relationes et vota peritorum, lingua vernacula exprimi possunt.

49. Documenta, quae lingua latina, italica aut gallica exarata non sint, in unam ex iis linguis authentice vertantur. Si ad versionem faciendam interpret foret adhibendus, is a iudice, auditore vinculi defensore, eligatur, eique sicuti aliis tribunalis ministris, duplex iusturandum erit deferendum, nempe de munere fideliter obeundo et de secreto servando (cf. in Appendice, n. XXI)

## CAPUT VII

### *De examine partium*

50. § 1. Primo ille coniux audiatur, qui supplicem libellum porrexit et est veluti actor in causa. Iudex eidem, praemisso iureiurando, interrogationes deferat a defensore vinculi concinnatas et clausas sibi traditas. Alias addat *ex officio*, si necessarium aut utile putaverit ad veritatem accuratius exponendam: in in-

interrogationibus conficiendis et proponendis, subiecta in Appendice specimina inspiciantur.

§ 2. Si uterque coniux dispensationem efflagitet, opportunum, ut plurimum, est uxorem antea examini subiicere, et in examine erunt praecipue diligenter perquirendae rationes ob quas ambo coniuges in dispensatione afflagitanda consentiunt et concordant.

§ 3. Quia his in adiunctis maxime pertimescenda est collusio, veritas sedulo perquirenda erit per testes *ex officio* inducendos.

51. Uxori, oratrici vel conventae; post interrogationes speciales, prudenter pro adiunctis variandae, deferantur (cf. in Appendice, sub n. XIX).

52. Item viro, oratori vel convento aedem, interrogationes proponi poterunt, quibus aliae pro rerum adiunctis magis accomodatae, adiciendae erunt (cf. in Appendice, sub n. XXIV).

53. Cum uxor virum de impotencia, sive absoluta sive relativa, insimulet, tunc a viro expetatur ut sese submittat corporali inspectioni, ad normam ss. canonum et harum regularum, n. 84.

54. Nisi certo aliunde constet, nunquam praetermittenda est interrogatio parti faciendae, ut referat quando et a quo didicerit matrimonium ratum et non consummatum a Romano Pontifice posse dispensatione dissolvi.

55. § 1. Parti quae secundo loco interrogatur, si eius responsiones in pluribus et notabiliter discrepent a responsionibus alterius coniugis, orant a iudice novae *ex officio*, vel ad instantiam defensoris vinculi, proponendae interrogationes, ad difficultatem et dubitationem diluendam, facta vel minus mentione coniugis contradicentis, prouti casus ferat et prudentia suggerat.

§ 2. Quoties rei gravitas postulet, iudicis est, audito vinculi defensore, *ex officio* vel instante altero coniuge aut vinculi defensore, partem ad novum exa-

men vocare ad praescriptum n. 47, in quo novae interrogaciones seu contestaciones proponuntur:

§ 3. Si responsiones in novo examine exceptae rem non undequaque expediant, sed viam videantur aperire ulteriori veritatis investigationi, altera parte quae primo loco fuit interrogata iterum ad examen vocata, eidem in contestatione ponantur responsiones ab adverso coniuge redditae, non exclusa collatione partium inter se et firmo praescripto n. 47.

56. § 1. Iudex nunquam omittat interrogare partes circa existentiam causae ad impetrandam dispensationem invocatae.

§ 2. Huiusmodi interrogationem iudex etiam faciat testibus, qui de re edocti verosimiliter praesumantur.

57. § 1. Antequam finiatur examen et praestentur quae statuuntur n. 46, iudex a parte petat ut producat testes septimae manus; et alios etiam, si quos habeat, de petitae dispensationis obiecto instructos.

§ 2. Sedulo quaerendum est a parte, quoties alter coniux sit contumax, ut indicare velit testes qui cum sint de istius familia aut vicinia aut eius res domesticas cognoscant, probabiliter utile testimonium praestare valeant.

## CAPUT VIII

### *De testium productione et aliis probationibus ad rem facientibus*

58. In his causis, debet uterque coniux testes, qui *septimae manus* audiunt, inducere, sanguine vel affinitate sibi coniunctos, sin minus vicinos bonae famaе, aut alioquin de re edoctos, qui iurare possint de ipsorum coniugum probitate, et praesertim de veracitate circa rem deductam in controversiam (Can. 1975, § 1).

59. Testimonium septimae manus, ut ipsa denomi-

natio innuit, septem testibus ex utraque parte inductis, hoc est septem ab una et septem ab altera, constare debet. Quod si tot testes haberi nequeant, sufficere poterunt pauciores; ratio tamen in actis referenda est, cur septenarius numerus haberi non potuerit.

60. § 1. Testimonium septimae manus est argumentum credibilitatis, quod robur addit depositionibus coniugum, sed vim plenae probationis non obtinet, nisi aliis adminiculis aut argumentis fulciatur (Can. 1975, § 2).

§ 2. Testes septimae manus, quatenus sunt de credibilitate, eo maiorem sibi conciliant fidem, quo potiora habent documenta de sua probitate. Habendi sunt autem quasi testes *de scientia*, et hinc maximam faciunt fidem, cum referunt se ex coniugibus aut ex proximioribus parentibus, tempore non suspecto (ut infra, n. 70), didicisse matrimonium mansisse inconsummatum.

61. Testibus septimae manus iudex alios testes *ex officio* adiungere potest, imo debet, quando scilicet testes septimae manus vel a parte non inducantur, vel tres tantum aut quatuor inducantur, vel ad rei veritatem illustrandam, etsi septem vel plures ab utraque parte producantur, insufficientes sint.

62. Inductio testium *ex officio* non est praetermittenda, cum ex actorum instructione ediscitur, alias adesse personas de re controversa edoctas, vel quae alio modo utilem attestationem reddere valent.

63. § 1. Si partes, aut earum altera, petant sibi pandi nomina testium ab adversa parte aut *ex officio* productorum, iudex, audito vinculi defensore, excluso quovis periculo corruptionis aut collusionis, et nisi aliquid obstet impedimentum, id indulgere valet suo decreto, quod in actis referri debet.

§ 2. Iudicis tamen est differre, prouti casus ferat, nominum publicationem, postquam testes suam reddiderint attestationem.

64. § 1. Argumentum ex corporis mulieris inspectione deductum, per se, semper requiritur, nisi ex adiunctis inutile evidenter appareat (Can. 1976; cf. infra, sub n. 85), vel aliunde haberi non possit, prouti si mulier sit vidua aut corrupta.

§ 2. Quod si pars, non obstante iudicis decreto, absolute renuat inspectioni se subiicere, ex adiunctis aestimandum erit cuinam causae attribuenda sit haec recusatio; et utrum huius probationis defectui suppleri debeat per alia argumenta seu probationes.

65. Praeter argumentum physicum, quod natum est complere probationem per partium confessionem et per testes septimae manus aliosque testes exhibitam, adsunt quoque argumenta et adminicula; et argumentis accensemus documenta; adminiculis; indicia et praesumptiones.

## CAPUT IX

### *De examine testium septimae manus*

66. Inchoatur horum testium examen ab iis qui inducti sunt a parte oratrice, et quidem a parentibus proximioribus, qui praessumuntur magis instructi, postea audiantur extranaei uti famuli et viciniore, si qui sint. Hic ordo tamen in auditione testium non est necessario servandus, et integrum est iudici unum alteri praeferre. Si quis testis inductus obierit, vel in iudicium non comparuerit, servetur n. 26; si vero eo, ubi tribunal adunatur, se conferre non possit audiat iuxta normas nn. 23 et 24.

67. In his testibus examinandis iudex, delato iurando et factis interrogationibus generalibus, testi proponat interrogationes sibi a vinculi defensore tradendas clausas et obsignatas, quae esse poterunt uti habentur in Appendice, specimine n. XXVII.



68. § 1. Antequam testis dimittatur, ei legendae sunt responsiones factae a coniuge qui eum uti testem produxit, ut dicat utrum asserta in attestazione veritati respondere censeat et fide digna habeat.

§ 2. Si iudici non videatur opportunum aut non expedire integram depositionem legere, vel quia ea refert quae verosimiliter coniux non vult testibus nota fieri, vel quia periculum subesse potest collusionis, ex parte legere valet, vel etiam nullimode legere salva eiusdem iudicis facultate proponendi appositae interrogationes *ex officio*, vel curandi ut a defensore vinculi opportunae contestationes fiant in interrogatorio ab eodem de more concinnando, firmo praescripto n. 47.

69 Expleto examine, legitur testi integra depositio, rogatur an menti suae plene respondeat, et, vel habito responso affirmante vel factis expetitis emendationibus aut additamentis et praestito duplici iureiurando, iuxta n. 46. subscribit ipse, et cum eo subscribunt iudex, defensor vinculi et actuarius.

70. In his testibus excutiendis, maxime curandum est, ut si quid protulerint causae meritum directe attingens, semper ab eis exquiratur *unde, quomodo quando* haec didicerint, ut pateat an tempore non suspecto ea cognita habuerint (Cin. 1774), Causam enim valde iuvant partium confessiones extraiudiciales tempore non suspecto prolatae; eo nempe tempore, quando de hac quaestione introducenda ne cogitabatur quidem, nec aliae suberant rationes veritatem occultandi aut falsum proferendi.

## CAPUT X

*De testibus, praeter alios septimae manus,  
ad instantiam partium vel ex officio a iudice inducendis*

71. § 1. Cum proprium sit testimonii septimae

manus ut sit argumentum credibilitatis (Can. 1975, § 2), quoties alios testes inducere praestat ad complendam probationem, hi de scientia magis quam de credibilitate sint oportet.

§ 2. Hi producantur vel *ex officio* a iudice, audito vinculi defensore, aut hoc instante; vel ad instantiam partium.

72. Quoties prudenter timeatur collusio inter partes, aut inter testes septimae manus et partem producentem, vel ipsum testimonium septimae manus insufficientis habeatur, nisi aliis argumentis aliunde veritas evincatur, citandi sunt testes *ex officio*.

73. Quod si argumentum physicum impotentiam neque probet neque excludat, aut physicam mulieris integritatem non adesse arguat, sed non excludat laesiones potuisse aliunde oriri quam ex naturali matrimonii usu, tunc expendat iudex an sit locus complemento probationum aut per testes aut per alia argumenta.

74. Interrogationes his non minus ac aliis testibus faciendae, sunt a defensore vinculi concinnandae, ac iudici exhibendae modo et ratione supra determinatis; iudici autem fas est, alias interrogationes *ex officio* proponere.

## CAPUT XI

### *De instrumentis*

75. Redditas attestaciones magis explicant, quatenus res ferat, et corroborant instrumenta. Haec, alia sunt *publica* et alia *privata*. In his causis inter instrumenta publica potissimum habetur fides authentica celebrati matrimonii, e paroeciae registis deprompta quoties haec in causae instructione requiratur. His accensentur acta et sententiae tribunalis civilis, si apud illud de controverso matrimonio aliqua causa

pertractata fuerit. Documenta privata communiter sunt epistolae a coniugibus inter se vel ad alios datae, et scriptae attestations in favorem unius vel alterius partis exaratae.

76. Utriusque generis documenta aliquando partes sponte exhibent, sed aliquando iudicis erit ex auctoritate sua perquirere, et de iis partes vel testes in examine interrogare. Si pars aut testis documentum exhibere recuset, iudex, audito vinculi defensore, vel eo postulante, decreto suo statuatur an et quomodo eiusdem documentum exhibitio facienda sit (Can. 1824).

77. § 1. Documenta quaecumque fidem non faciunt, nisi constet esse authentica et genuina.

§ 2. Documentum privatum, uti epistola, etc., probat pro vel contra suum auctorem, perinde ac attestatio seu confessio extraiudicialis, cuius pondus ex circumstantiis desumitur, et in genere haec documenta aestimantur maxime a tempore quo prolata fuerunt ad normam n. 70.

78. Si documentum alicuius momenti in causa exhibeatur carens debitis formis pro fide facienda, iudicis erit curae *ex officio*, aut ad instantiam defensoris vinculi aut partium, ut quae necessaria sunt compleantur, ne causa tali adiumento privetur.

## CAPUT XII

### *De iudiciis et praesumptionibus*

79. § 1. Matrimonium non praesumitur mansisse inconsummatum; quare in singulis casibus allegata causa inconsummationis sedulo investiganda est.

§ 2. Factum vero cohabitationis coniugum *praesumptionem iuris* constituit de secuta consummatione (Can. 1015, § 2).

80. Matrimonii inconsummatio ex sequentibus causis impediens, ut plurimum, procedere solet:

a) ex defectu veri consensus in matrimonium; b) ex vi et metu; c) ex aversione et odio in ipso vitae coniugalis initio exortis inter sponso; d) ex impotentia; sive absoluta sive relativa.

81 Externa vitae coniugalis ratio et circumstantiae, ex quibus ad causam inconsummationis adstruendam argumentari fas est, illud probationis genus constituunt, quod *ex indiciis et praesumptionibus* appellatur. Indicia et praesumptiones sunt *levia, gravia et gravissima*, pro minore vel maiore cum inconsummationis causa necessitudine.

82 Facta vero et circumstantiae, quae unam vel alteram ex causis n. 80 recensitis indicant, praesumptionem faciunt in favorem inconsummationis.

83 Iudicis et defensoris viaculi officium erit aptis interrogationibus e testium ore colligere, cuinam causae inconsummatio tribuenda sit. Res est magni momenti, cui omni cura adlaborandum est; facta enim et circumstantiae quae unam alteramve ex praefatis causis indicant et determinant, probationes iam aliunde collectas valde corroborant.

### CAPUT XIII

#### *De inspectione corporali*

84. § 1. In causis inconsummationis requiritur uxoris inspectio corporalis, per peritos facienda, uti infra exponetur, nisi ex adiunctis inutilis evidenter appareat; quo in casu processus ad exitum erit perducendus ex morali argumento, adminiculis suffulto, seu aliis probationibus ad normam n. 64.

§ 2. Viri corporalis inspectio quae, ut plurimum, valde confert ad tute adstruendum factum inconsummationis, non est praetermittenda cum inconsummatio tribuatur eius impotentiae absolutae vel relativae, et aliunde de uxoris physica integritate plena non habeatur probatio.

§ 3. Hisce in casibus si vir renuat se inspectioni subiicere, probabiles rationes huius recusationis sunt in actis referendae, et suppletoriae probationes, si haberi possint, erunt comparandae.

85. In casu dubii de corporali inspectione facienda aut omittenda, decisio spectat ad iudicem, audito vinculi defensore, salvo iure defensoris vinculi se opponendi decreto, ad tramitem nn. 22 et 28.

86. Inspectio corporis uxoris omittitur, utpote inutilis, in sequentibus casibus: a) si consummatio haberi non potuit, quia nec tempus nec locus nec modus adfuerunt matrimonii consummandi; b) si certo iam constet de mulieris defloratione (can. 1976).

87. Iudicis est peritos, medicos aut obstetrices eligere vel designare, audito vinculi defensore (cf. in Appendice, n. XXVIII). Ii prae ceteris eligantur, qui non tantum idoneitatis testimonium a competente magistratu obtinuerunt, sed etiam qui artis suae experientia insignes habentur, et honestitatis ac religionis fama praefulgent. Qui non habiles ad testimonium ferendum sunt iuxta can. 1757, nec ad periti munus exercendum assumi possunt. Item nec assumantur, qui in adiunctis versantur in can. 1613, § 1. adnotatis, si nempe ob consanguinitatem vel affinitatem cum partibus, aut propter amoris vel odii sensus erga partes easdem, aut etiam ob commodum vel inconmodum sibi obveniens ex causae decisione, suspicio de eorum probitate in iudicio vel voto ferendo oriri possit.

88. Ad periti munus exercendum etiam illi ne admittantur, qui coniuges private inspexerint circa factum cui innitur petitio declarationis inconsummationis. Licet tamen et congruit hos tamquam testes inducere (Can. 1978); nunquam tamen praetermittatur, quatenus fieri possit, eorum scriptas attestaciones referre inter instrumenta.

(Continuand)

Por la importancia de tan admirable documento y por la oportunidad con que recoge los más apremiantes anhelos del Clero y de todos los buenos católicos, honramos las columnas del BOLETIN ECLESIASTICO; publicando el siguiente

**MENSAJE EPISCOPAL QUE  
Los Prelados de la Archidiócesis toledana, dirigen al  
Presidente del Directorio**

---

**La Escuela ha de ser un verdadero hogar de religiosidad y de patriotismo».—Debe reconocerse el derecho a jubilación de los párrocos y acabar la «excepción depresiva e injusta» que hoy lo prohíbe.—En la ley de reclutamiento ha de consignarse el «principio de la inmunidad personal de los clérigos»**

Los Prelados de la archidiócesis de Toledo, presididos por el señor Cardenal Reig, reunidos en Asamblea episcopal, han acordado dirigir al Directorio Militar el siguiente importante documento:

**«Excelentísimo señor:**

Reunidos los Prelados de esta provincia eclesiástica en Conferencia Episcopal, según las prescripciones canónicas, hemos acordado dirigirnos a V. E. para representar, ante el Poder público, según práctica tradicional, las más urgentes necesidades atañentes al orden espiritual y Eclesiástico, no sin antes mostrar, como españoles y como Obispos, nuestra satisfacción y nuestro deseo, porque las medidas y orientaciones del Directorio, por la moralización de las costumbres, por el prestigio de la autoridad, por la severa administración de la cosa pública y en general porque la justicia señoree en toda gestión de intereses nacionales o comunes, alcance el más lisonjero éxito para bien de España en cuya salud y prosperidad han de

colaborar todos sus hijos con la sinceridad y efusión que de consuno demandan su interés propio y su amor a la Patria, encendido al calor de sus religiosas creencias.

Damos a la reforma anunciada sobre enseñanza la atención y solicitud pastorales que su gravedad requiere, porque siendo ella propulsor e índice humanos de la grandeza y progreso de las naciones, ya que el hombre en definitiva avanza o retrocede por el cultivo de su inteligencia y recta educación de la voluntad, es de transcendencia suma acertar en la organización de la enseñanza pública.

A nosotros solamente nos toca recordar la misión docente, esencial a la Iglesia Católica, Maestra infalible de la verdad religiosa y adoctrinadora de nuestra Patria, a la vez que del mundo nuevo que nuestros mayores descubrieron, domoñaron y civilizaron más aún con la Santa Cruz que con la invicta espada, en que se funda dogmática e históricamente la intervención que en la enseñanza pública le reconoce nuestra legislación civil y concordada, cuya fiel generosa observancia hoy más que nunca confiadamente esperamos; encareciendo singularmente a ese digno directorio, por el amor sin límites que a todos nos inspiran la Religión y la Patria, la salud espiritual y el vigor físico de la raza, la fortaleza y el porvenir de nuestro pueblo, que a tenor de las prescripciones legales, en todos los grados de la enseñanza, pero especialísimamente en la primaria, se conserve, intensifique y acentúe el carácter religioso, moral y patriótico de la instrucción y educación de la futura generación, haciendo que la escuela sea un verdadero hogar de religiosidad y de patriotismo.

Coadyuvará, aparte lo dicho, a la empresa regeneradora ampar a la Religión y a sus ministros, prestando el apoyo de la pública autoridad a su actuación religiosa y moralizadora, principalmente en los Párrocos,

heraldos de la fe y guardianes de la moral de los pueblos, rodeándolos de todas las condiciones morales y económicas que aseguren la mayor eficacia a su ministerio.

Por eso no podemos pasar en silencio la aflictiva situación material de muchos y la excepción depresiva e injusta que sufren todos, por no hacerse efectivo el derecho a jubilación que les reconoce la legislación concordada, y, singularmente, el real decreto de 15 de febrero de 1867, y las reales órdenes de 30 de abril de 1852, de 23 de octubre de 1864 y de 20 de febrero de 1887. Pedimos, pues, que, en cumplimiento de esa justicia, se consigne en los próximos Presupuestos la cantidad necesaria para jubilación de Párrocos ancianos o imposibilitados, en las condiciones que se determinen, y ateniéndose en definitiva a las modificaciones que se establecieron en el régimen de las clases pasivas, si el Estado lo variase o se subrogase en esa carga,

Por la trascendencia vital que para la formación del Clero en su doble aspecto de cantidad o número y de calidad o adecuado cultivo de las vocaciones eclesiásticas tiene el servicio militar de nuestros seminaristas, futuros sacerdotes, rogamos a V. E. que al reformar la ley de Reclutamiento se consigne el principio de la inmunidad personal de los clérigos conforme al Código Canónico, recibido en nuestra Patria, y a recientes convenciones celebradas entre la Santa Sede y los nuevos Estados de Europa.

Porque nos hacemos cargo de las circunstancias, solamente insistiremos en otra petición de orden económico, a saber, la que se refiere a las dotaciones del culto, absolutamente insuficientes para atender, no ya al decoro, pero ni las necesidades más apremiantes de nuestras iglesias, especialmente las rurales. hoy que la mano de obra en toda clase de trabajo y el coste de todos los elementos materiales del culto han encarecido en proporción extraordinaria.



Agrávase cada año esta situación y auméntase el déficit constante de las asignaturas del culto por el descuento que sufren a virtud de una ilegalidad consistente en el incumplimiento de lo acordado sobre el cómputo quinquenal de los productos de la Bula de Cruzada, destinados a nutrir los haberes del culto.

Reclamamos, por tanto, de la justificación del Directorio el aumento de las referidas dotaciones del culto y el remedio de aquella ilegalidad, procediendo, desde luego, a practicar un nuevo cómputo de la Cruzada, para evitar la merma que por tal concepto se impone a las exiguas y estrictamente sagradas dotaciones del culto parroquial.

Dios guarde a V. E. muchos años.

Toledo, 24 de octubre de 1923.

---

## SACRA CONGREGATIO CONCILII

---

ROMANA ET ALIARUM

REDEMPTIONIS CANONUM

*Die 23 Ianuarii 1923*

QUAESTIO.—Circa redentionem seu affrancationem canonum emphyteuticorum in favorem ecclesiae Codex iuris canonici. can. 1542, § 1, haec statuit: «In emphyteusi bonorum ecclesiasticorum emphyteuta nequit canonem redimere sine licentia legitimi Superioris ecclesiastici, de quo in can. 1532; quod si redemerit, eam saltem pecuniae vim ecclesiae dare debet quae canonis respondeat». Haec dispositio, ob rationis identitatem, applicanda videtur etiam redemptioni censuum aliarumque praestationum favore ecclesiae nec non legatorum liberationi.

Verum quaestio exorta est, utrum nempe emphyteuta seu debitor in huiusmodi redemptione peragenda tradere teneatur pecuniam numeratam vel saltem titulos publicos iuxta eorum valorem realem seu currentem, an tradere possit titulos publicos iuxta valorem nominalem seu legalem, dummodo ipsorum annuus reditus respondeat summae canonis. Dubio occasionem dat imminutus valor titulorum publicorum, qui dum inscribuntur 100 libellarum, saepe emi possunt 70 et etiam minus. Lex enim civilis alicubi permittit ut debita pecuniaria solvantur moneta quae, cum dies advenit, legalem habet cursum, et plane secundum valorem nominalem. In pecunia quidem non corpora quis cogitat, sed quantitatem.

Hinc propositum est dubium: *An Episcopus vi canonis 1542, § 1 permittere possit redemptionem canonum titulis publicis iuxta horum valorem nominalem.*

ANIMADVERSIO. — In contractibus et in solutionibus etiam in materia ecclesiastica, iuxta canonem 1529 Codicis iuris canonici, stari quidem potest iuri civili. Sed Episcopus nullatenus cogitur permittere talem redemptionem canonum. Canon enim 1542, verbo *saltem*, sinit ut plus quaeratur quam vis pecuniae quae canoni respondeat. Episcopus praeterea, quasi tutor personae minoris, cui, vi canonis 100, § 2, aequiparatur ecclesia, huius utilitati prospicere debet. At vero solutio secundum valorem nominalem iuxta ea quae praemissa sunt, est certe, cum ecclesiae detrimento coniuncta.

Notandum denique quod, iuxta praxim huius Sacrae Congregationis, emphyteutae, redimenti canonem, prius imponi solebat onus solvendi aliquam summam in compensationem deterioris reditus, qui canoni subrogatur: in praesens vero, attenta imminutione valoris titulorum publicorum, imponi iam solet onus tradendi, ex toto vel saltem ex parte, differen-

tiam inter valorem nominalem et realem eorumque titularum.

Quare, etc.

RESOLUTIO.—Emi Patres Sacrae Congregationis Concilii, in plenario conventu diei 23 ianuarii 1923, ad propositum dubium respondendum censuerunt: *Negative, si valor nominalis sit superior valori reali.*

Quam resolutionem, referente postridie infrascripto S. C. Secretario, SSmus D. N. Pius Pp. XI approbare et confirmare dignatus est.

B. Colombo, *Secretarius.*

---

TEMPLO VOTIVO INTERNACIONAL  
AL  
CORAZON INMACULADO DE MARIA EN ROMA

---

Por una omisión involuntaria no se ha publicado antes en el BOLETIN ECCO. de la Diócesis la Circular que los PP. del Inmaculado Corazón de María dirigen a todos los oxomenses, fieles devotos de la Reina de los Cielos. Dice así:

---

Es decidida voluntad de Su Santidad el Papa Pío XI que se construya en Roma un templo votivo de carácter internacional, dedicado al Corazón Inmaculado de María, y su realización ha sido confiada a los Misioneros Hijos de este Purísimo Corazón.

Se alzará en la magnífica esplanada de quince mil metros cuadrados situada entre el vial *de Parioli* y la prolongación del aristocrático barrio Sebastiani.

Será grandioso, monumental, digno de Roma, emporio del arte, y del Papa, que lo ha tomado por suyo y ha dado al proyecto los últimos retoques.

Ni al Sumo Pontífice ni a los Misioneros les ha asustado la enorme suma de dinero necesaria para realizarlo. «*Debemos confiar en la Providencia*» decía el Papa al General de los Misioneros, Rmo. P. Nicolás García, en memorable audiencia del 20 de Enero último. «*Debemos confiar en la Providencia*» repite el sobredicho General a sus tres mil y tantos Misioneros esparcidos en las cuatro partes del mundo.

Y esos tres mil Misioneros como un solo hombre han desplegado sus inmensas energías y se han dado a crear en las distintas regiones de Europa y América Comisiones y Comités, que en organización perfecta hagan las cuostaciones a favor de obra tan excelsa.

El Sumo Pontífice de primera intención y por primer donativo ha ofrecido de su pobreza  *cien mil libras*, rasgo generoso al que ha seguido en la prensa el anuncio de sumas considerables que los Comités recién formados han comenzado a recoger. (1).

En el Colegio de los Misioneros del Corazón de María de Aranda, perteneciente a esta Diócesis de Osma, ha comenzado a funcionar un Comité, el cual, desde las páginas de este Boletín Eclesiástico, dirígese, con la benevolencia de su Prelado, a todos los fieles en ella enclavados en demanda de un granito de arena para la obra que se proyecta.

Pocas diócesis habrá que tan gallardas muestras hayan dado de su amor y devoción al Sdo. Corazón de María como la Diócesis de Osma; hay en ella establecidas «sesenta archicofradías y trescientos coros de la Visita Domiciliaria», cada archicofradía con su imagen y cada coro de la Visita con su urna.

Aunque pobre, pues, no dudamos que es ella una de las que con más honor figuren en el cuadro de los contribuyentes a la edificación en Roma del TEMPLO VOTIVO INTERNACIONAL del Corazón Sdo. de María: que en la cooperación humana a las obras de Dios el mérito se mide, no por la preciosidad del don

que el hombre ofrece, sino por el generoso deseo de dar lo que se pueda.

Haga el Señor que sea pronto una hermosa realidad el deseo de su Vicario de ver en Roma dignamente venerado y honrado el Corazón Inmaculado de su Madre.

(1) Nuestro Exmo. Prelado ha encabezado la suscripción de la diócesis de Osma con la cantidad de 100 ptas.

### Suscripción en favor de la Buena Prensa (Año 1923)

San Leonardo 9'25; Atauta 1'40; San Esteban de Gormaz 14'55; Reznos 5; Torregalindo 11; Fuentenebro 2'50; Torlengua 2; Derroñadas 5; Muriel Viejo 2'50; Muriel de la Fuente 1'50; La Cuenca 4; Osma 7; Quintanarraya 2; Valdenarros 1'50; Pozalmuro 20'25; Moradillo de Roa 10'00; La Aguilera 1; Fuentelmonje 3; Langa de Duero 2'80; Castrillo de la Reina 2'70 y Renieblas 2.

### Suscripción en favor de los damnificados de Covaleda

Párroco y fieles de Candilichera y Carazuelo 43; idem de Villanueva de Gumiel 43'25; idem de Peñalba de San Esteban 5; doña Felisa Campos, vecina de idem 5; doña Evarista de Miguel, idem de idem 5; doña Celestina Campos, idem de idem 2; doña Bernardina Hinojar, idem de idem 2; don Guillermo Delgado, idem de idem 2; don Niceto Miguel, idem de idem 0'50; demás vecinos de idem 15'75; Párroco y fieles de Piquera, 39,70; idem de Pinilla de Trasmonte, 15; idem de Barcebalejo, 34'70; idem de Barcebal, 20; idem de Valderrueda 48; M. I. Sr. Abad de Soria 20; Párroco y fieles de Quintana del Pidio, 14'50; idem de Almenar 40; idem de Montegudo de las Vicarías, 18; idem de La Sequera, 22'25; Ayuntamiento de id., 10; Torregalindo, 41'25; S. Juan de Aranda, 7; D. Tomás Sanz, párroco de id., 1; D. Julián Marfagón, Capellán de las Hermanitas de id., 2; Sta. M.<sup>a</sup> de Aranda, 5; Espeja de S. Marcelino, 12'50; Orillares, 10; La Olmeda, 30'40; Vadocondes, 25; Rioseco de Calatañazor, 48; Sres. Sacerdotes del Centro de Conferencias de Almarza, 25; Gumiel de Izán

28; Blacos 38'80; Municipio de Andaluz, 25; Lorenzo Barrena vecino de íd. 5; párroco y feligreses de íd. 24'15; Ayuntamiento de Osma, 50; párroco y feligreses de íd. 33'10; Buítrago 27; D.<sup>a</sup> Estefanía Mateo, 5; D.<sup>a</sup> Ramona Zabanza 5; Una persona caritativa, 5; Otra íd. íd. 10; Valdeande 15; Jaray 5; Santiuste y Velasco, 15; Valderrodilla, 35.

## COLECTA EN FAVOR DE LOS NIÑOS RUSOS

(AÑO DE 1922)

Oquillas 3; Villalbilla de Gumiel 3; Fuentecén 10'25; Barcebalajo y Barcebal 4; Navaleno 20'50; Reznos 10; San Andrés de Soria 5; Cuevas de Soria 7'65; Cañamaque 5'25; Valtueña 12; Rejas de S. Esteban 5; Nafría la Llana 3'75; Nódalo 1'60; Dombellas 4; Castrillo de la Reina 6'30; San Leonardo 18'20; Almarza 25; Tera 4'80; Cubo de la Sierra 1; Sinovas 11; Castil de Tierra 2'60; Camparañón 6; Villabuena 7; Buitrago 1'70; Pedraza 1'05; Aylloncillo 0'50; Noviercas 21; Fuentelisendo 9'25; Serón 16'50; Navas del Pinar 3'50; Arauzo de Salce 9'05; Id. de Torre 8; Vilviestre del Pinar 11'45; Aldealpozo 5; Fuentepinilla 8; Tardelcuende 17; Fuentearmegil y Santervás 3'60; Mazalvete 9'20; Ojuel 5'80; Arancón 1; Cortos 1; Fuentenebro 30; La Aguilera 18' 06.

## CURSUS

### THEOLOGIAE SCHOLASTICO-MYSTICÆ

in sex tomos divisus

auctore P. Fr. JOSEPHO A SPIRITU SACNTO

CARMELITARUM EXCALCEATORUM

HISPANIAE GENERALI

*Editio nova.*

Se anuncia la reimpresión, en inmejorables condiciones, de esta obra monumental, en Bélgica. Por suscripción y en rústica costará *225 francos belgas*, ni un céntimo más. Plazo de suscripción y de pago, hasta el *31 de Diciembre 1923*. Comisionado para toda España es el R. P. Juan Vicente, Carmelita Descalzo, *Apartado 22*, PAMPLONA, el cual se encarga de hacer llegar los ejemplares a cada suscriptor, *sin recargo alguno, ni de un céntimo, por ningún concepto*. El suscriptor debe mandar a dicho Padre el precio de una vez en cheque de *225 francos belgas* sobre cualquier banco de Bruselas a nombre del editor C. BEYAERT.

OBRA DE MAXIMO INTERÉS  
BIBLIOTECA DE TOMISTAS ESPAÑOLES

Dentro de pocos meses comenzará a publicarse en España esta *Biblioteca*, que desde hoy recomendamos al público ilustrado y culto, amante de conocimientos sólidos en materias científicas, filosóficas y teológicas. Las ciencias que se llaman positivas, así como las puramente racionales que viven de la savia matemática, tropiezan con problemas, cuya última solución se reserva la Metafísica; y en última instancia la Sagrada Teología. Precisamente son los que más atormentan a la razón humana.

No basta una solución de momento; es necesario llegar al fondo si quiere calmarse la ansiedad inquietante del espíritu. La doctrina del Angélico Doctor Santo Tomás de Aquino, por su orientación y por su raigambre, por su poder asimilador y regenerador, por la amplitud maravillosa de su horizonte racional, por la vitalidad perenne de sus enseñanzas, es la *única* que puede satisfacer todas las nobles aspiraciones de la razón humana, que pide *luz* en medio del bosque enmarañado de tantos y tan portentosos conocimientos.

Nuestro deseo es presentar las soluciones tomistas a los problemas actuales con toda la eficacia de su verdad y toda la majestad de su belleza. Por eso nuestra *Biblioteca* no tendrá el matiz *histórico* que quiere dar a la *Bibliothèque Thomiste* el esclarecido Padre Mandonnet. Bien es cierto que uno de nuestros propósitos es publicar obras inéditas de los grandes doctores tomistas, las cuales, siendo verdaderas joyas, están durmiendo entre los manuscritos de Bibliotecas selectas el sueño de los justos. Pero se dedicarán nuestras tareas con preferencia al estudio directo de problemas actuales, siquiera veamos las doctrinas tomistas brotando del Angélico Doctor pero desarrollándose a través de las inteligencias de sus discípulos predilectos.

Entre los profesores dominicos españoles que colaborarán en esta *Biblioteca* debemos nombrar los siguientes:

**Beltrán de Heredia** (R. P. Fr. Vicente), Director de *La Ciencia Tomista*, Madrid, **Colunga** (M. R. P. Fr. Alberto), Licenciado en Sagrada Escritura, Regente de Estudios de San Esteban, de Salamanca; **Cuervo** (R. P. Fr. José) Profesor de

Teología en el Colegio Pontificio Internacional de Roma; **Lúmbreras** (R. P. Fr. P.), Profesor de Metafísica en la Universidad de Notre-Dame en los Estados Unidos; **Marín-Solá** (muy reverendo P. Fr. Francisco), Doctor y Maestro en Teología, Profesor de Teología Dogmática en la Universidad de Friburgo (Suiza); **Menéndez Reigada** (R. P. Fr. Albino), Doctor en Filosofía y Letras (Madrid); **Ramírez** (R. P. Fr. Santiago), Profesor de Teología Dogmática en San Esteban, de Salamanca; **Urbano** (R. P. Fr. Luis), Doctor en Ciencias Físicas, Lector de Teología en el Real Convento de Predicadores, de Valencia.

Comenzará la *Biblioteca* con la magnífica obra en dos tomos titulada.

## LA EVOLUCIÓN HOMOGÉNEA DEL DOGMA CATOLICO

escrita por el M. R. P. Fr. Francisco Marín-Solá, Profesor de Friburgo, que está llamada a dar orientación definitiva al problema más fundamental de la Teología. Esta obra es indispensable a los apologistas y teólogos, a todos cuantos se preocupan de la Revelación. Se publicará en mayo próximo, edición hermosa de inmejorables condiciones tipográficas.

---

## EL PARROCO EN LA ESCUELA

Obra indispensable para Párrocos y Maestros, por Isidoro Almazán.

CONTIENE: Doctrina, documentos y legislación sobre enseñanza religiosa en las Escuelas nacionales; Reglamento de las Juntas locales, y legislación sobre enseñanza privada.

PRECIO DEL EJEMPLAR 2 PESETAS

Para envío certificado aumentar cincuenta céntimos.

Pedidos a TIPOGRAFIA «FENIX»

APARTADO n.º 4021 (4)-MADRID

---

SUMARIO: S. C. de Disciplina Sacramentorum: De processibus in Causis dispensationis super matrimonio rato et non consummato: Continuación.—Mensaje de los Excmos. y Rvdmos. Prelados de la Archidiócesis de Toledo al Excmo. Sr. Presidente del Directorio.—S. C. Concilii: De redemptione Canonum.—Templo votivo internacional al I. C. de María.—Colecta: Buena Prensa; Covalada y Niños Rusos.—Bibliografía.

---

IMP. Y LIB. DE JIMÉNEZ. — BURGO DE OSMÁ